



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Hilaria, siue Evphronae  
Pantheae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1422**

XXCV. Ad Iosephum Scaligerum, Iul. Caes. F.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12386**

XXCII.

Michaëli Bartho Med.

*Aut breuis est dolor, aut tolerabilis: una doloris  
Spei est, quod valde nemo, diuque dolet.*

XXCIII.

Ad Petrum Albinum

Niuemontium.

*Quid mala, PETRE, feram male? nam benè rem  
(gero: recte*

*Si vel agam: superem vel patiendo malum.*

*Sic præter culpam nihil est mihi fortè timendum:  
Qui culpa summum duco vacare bonum.*

XXCIV.

VVolfgango Rechlin-  
gero, C. VV. F. Patr. August.

*Mortuus est, qui viuit iners: similisque sepulcris  
Viuis adhuc retinet nil, nisi nomen, homo.*

XXCV.

Ad Iosephum Scalige-  
rum, Iul. Cæs. F.

*Nec sibi, nec patriæ, nec amicis commodus esse*

*Qui studet: huic viuo mortua vita placet.*

*Quem neque Sol æquus videt: et quem terra IO-*

*(S E P H E*

*Fert grauiter: tanquam crimen, onusque suum.*

*O quan-*

*O quantum est seruire Deo, patrīcēque, sibiq[ue].  
Et sibi quos sociat vita, vel ipsa fides.  
Tu facis hoc: pater ille tuus, quum viueret,  
Fecit idem: patris sic tibi sanguis inest.*

XXC VI.

### In Thrasōnem.

*Stultitia fit praeceptor suæ jactator, & alter  
Histrio. nam taceas si, Thraso, nullus eris.*

XXC VII.

### Ad Ianum Douſam Nordouicem EQ.

*Communis ceu terra parens est omnibus vno:  
Vnus sic pater est omnibus ipse Deus.  
Cur non vna fides, & amor nos copulet vnu?  
Namque parens nobis terra, pater Deus est.*

XXC IIX-

### E Græco.

*Ab quid vane geris fastus homo? puluis, & vno?  
Aut nil. major eris, si nihil esse potes. (brac.)*

XXC IX.

### Ad Paulum Fabriciū Med.

*Viuere, nec vitæ curam melioris habere:  
Non vna est anima viuere PAULUS sibi:  
Sed gemina. vitam qui curat, viuit is vna  
Saltem anima, redit haud, quū semel illa perire.*

Iota